

nominaui. ex quo appar& geometricam speciei. Arith-
 m&icam autem uicem generis obtinere. Musicae uero
 qui prior sit numerorum. uis. hinc. maxime probari
 potest. quod ipsa musica modulatio numerorum nominib;
 adnotatur. sphericam uero atque astronomiam quanto
 reliquae duae discipline hanc tertiam natura procedunt.
 In astronomia enim circuli sphaera centrum que omnia
 geom&ricae disciplinae sunt. & iam ex hoc ostenditur
 seniorem geom&riae uim quod omnis motus est post
 quidem. & uultis quippe exemplis id uberius probari
 potest ut clarius pateat uim arithm&icae disciplinae
 antiquissimam cunctis esse. hinc igitur sumamus
 disputationis exordium.

Omnia quaecumque a prima eua rerum natura. Conseruata
 sunt numerorum uidentur ratione formata sunt que
 ipsa dissimilia & potentia componendi.

Haec autem sunt quibus numeris constat. par atque impar.
 quae diuina quadam potentia cum disparia sint contraria
 que ex unatae uicem natura profluunt & in unam compositi-
 onem modulationemque iunguntur. Primum itaque
 quid sit numerus definiendum est.

Numerus est unitatum collectio uel quantitatis acerbus